

Sebastian Schmidt Johann Ludwig Spölin


Disputatio Theologica De Merito. Ex. Luc. XVII. vers. 10.

Argentorati: Literis Spoorianis, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78806570X>

Druck Freier  Zugang





75.



Fa - 1092 (75)

75

18
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

Tomo hęc. **XXVIII** continentur:

1. Seb. Schmidii Commentarius in 1 Ep. Iohannis A. 1688.
2. — Anal. et Paraph. Epistolę Iacobi Argent. 1685.
3. — De Fide mosaica circa Myst. S. Trinit. 1654.
4. — De Deletionē i libro Vita. 1655.
5. — De Inamentis ad Matt. V. et xpm, eb. Argent. 1663.
6. — Inuectivum Chnsti in Pharisęos Exu. Matt. xv. 1661.
7. — De Didrachmis à Chnsto solutis. 1663.
8. — Fides miraculosa. 1680.
9. — De Fide à Chnsto arefacta. 1662.
10. — De merito. 1663.
11. — ad locum Jo. VIII, 25. 1661.
12. — ad locum Jo. VIII, 47. 1661.
13. — Resolutio brevis Cap. IX ad Rom. 1658.
14. — De Primitiis Resurrectionis Chnsti. 1666.
15. — De Baptismo Super mortuis. 1656.
16. — De Angelis in genere. 1662.
17. — De Peccato Originis. 1657.
18. — De libero Hom. Arbitrio in Spiritualibg. 1658.
19. — De libero Hom. Arbitrio in non Spiritualibg. 1657.
20. — Πίστις ἡ ἰσχυρία. 1661.
21. — De Imputatione in opere Iustificat. 1656.
22. — De Phrasi Indurare et excecicare. 1655.
23. — De Ecclesia Catholicoismo. 1657.

- * 24. Sebast. Schmidig de Duaby circa Saagam. Circumcis.
Propositionibg. 1654.
25. —. De statu Beatorum in Vita eterna 1675.
26. —. De Obligatione Form. Concordia. 1680.
27. —. Tractatg Talmud. Sebachim. cūstmot. 1662.
28. Jo. Trifunius De Circumcisione Zippora. 1663.
29. —. De Eli Uli Lamah Sabatani. 1663.
30. —. An Christus Agmū Paschalem eodem cum Ind. tem.
pore ederit. 1674.
31. Balthasar Raithig de Cabala ^{Tulay.} 1662.
32. Guilielmus Bayer de Prada Robusto exegta Inalisp.
33. Jo. Feckti Expositio Oraculi Yaiami LIII August. 1662.
34. Balth. Scheid de Protevangelio. Argent. 1650.
35. —. Jonac Propheta expositus — 1665.
36. —. Kikajon Jonac. 1653.
37. —. ad caput ultimum Ultimi Propheta. 1664.
38. Lud. Hennig Munsteri Animalia quæ vetita
Jona. 1687.
39. Zentgraff prodr. de loquod de um dact. 1677.
40. Georgi Calixti Expositio literalis Epiphesior.

Pro M. Jo. Philippo Storrio
1696. Heilbr.

10.

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
MERITO.

Ex Luc. XVII. vers. 10.

Quam
Divina Gratia favente
Sub PRÆSIDIO

DN. SEBASTIANI SCHMIDII,
SS. Theol. Doct. ejusdemque Professoris Ordina-
rii, summi Templi Ecclesiastæ gravissimi, Domini Patro-
ni, Fautoris & Præceptoris sui ætatem de-
venerandi,

SOLENNITER

Pro ingenii viribus tuebitur

JOHANNES LUDOVICUS Spölin/
Heilbronnensis.

Ad diem 3. Mensis Junii, horis locog² conf.

ARGENTORATI,

Literis SPOORIANIS.
ANNO MDC LXIII.

D. 57
B. 10.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS
REIPUBLICAE PATRIAE,
DN. DN.
CONSVLIBVS.
PRAETORI.
QVADRVMVIRIS.
SYNDICO.
SENATORIBVS.

Ut &
DN. JOHANNI KALWIO, Confessus Judi-
cialis Affessori Prudentissimo.
DN. JOHANNI PHILIPPO FRIZZINO,
Xenodochii Heilbronn. Curatori & optimo, & Fidelissimo.

*Dn. Dn. suis Patronis, Fautoribus, Pro-
motoribus, Fratri, Affinibus, Tutoribus, et a-
tem devenerandis, colendis.*

Solenne hoc Exercitium Academicum
In observantiam & ulteriorem sui com-
mendationem offert

Cliens Addictissimus

Johannes Ludovicus Spölin.

F

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
MERITO.

ex
Luc. XVII. v. 10.

Οὗτω ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε,
ὅτι δούλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι ὁ ἀφείλομεν ποιῆσαι, πε-
ποιήκαμεν.

§. I.

Occasionem dicto huic, quod in hoc prapo- Occasio ad
uimus frontispicio, & ex quo de *Merito bonorum ope-* dictū pro-
rum aliquid disputaturi, cum bono Deo, sumus, dede- positum
runt Apostoli Domini nostri Jesu Christi. Accessit submini-
strata est
runt namque hi ad Dominum suum, v. s. cap. XVII. Luc. dix- Christo à
eruntque; *Adde nobis fidem*. Petierunt nimirum hoc, quasi ex quo Discipulis,
dam merito suo, quod Dominum hactenus secuti, & omnia pro augmentū
pter ipsum deseruissent. Quo tempore accesserint ad Dominum, fidei requi-
Lucas nullo expresso caractere manifestum fecit. Si consulue- rentibus,
rimus Matthæi cap. XVII. v. 20. fortè persuadebit nobis collatio, Postquam
ut credamus, eo tempore fecisse, quo conati sunt puerum luna- puerū Lu-
ticum sanare, nec potuerunt. Quod enim cum immediatè an- naticum
tecedentibus ferè connectunt, in quibus de vitando scandalo Do- sanare ne-
minus admonuit, nescio quā parū placeat. Hoc fatemur, quod quiverunt.

A tentus

30.

29.

28.

33.

2

2

112/1.

120.

15.

1

remtus & scandalum parvulorum, ut & irreconciliabilitas cum infirmis lapsis, nascuntur. Interim ordo temporis observatus non videtur. Et volupe est Lucae coherentiam rerum facere, & titulos, ut sic dicam, locorum communium constituere, sub quos conferat, quæ diversissimis temporis articulis dicta aut facta sunt. Si igitur ratione temporis retulerimus petatum Apostolorum ad indicatum caput Matthæi, cohærebunt sanè omnia non exiguo consensu. Nam dum Dominus Jesus in monte coram Petto, Jacobo & Johanne glorificatus est, reliqui discipuli allatum ad se à Patre puerum sanare conati sunt, & diabolum, à quo

& à Domino reprehensi sunt:

requirentibus autem quasi ex aliquo suo merito.

Quibus Dominus respondit duo: Prius, fidem habere illos sufficientem;

Posterius, non posse gloriari de ullo merito.

vexabatur, ejicere: sed infelicissimè, nec sine pudore suo. Reprehensi vero etiam sunt gravissimè & publicè à Domino, his non mollibus sane verbis; *ô generatio infidelis, & perversa, quousque ero vobiscum? Quousque sustinebo vos!* Et ut ostenderet Dominus, potuisse in nomine suo sanari puerum, si Apostolis fides non defuisset, adduci ad se jussit puerum, & ejectione dæmonio sanavit statim. Hæc res commovit Apostolos, ut non sine aliqua indignatione & tacitâ exprobratione ad Dominum accederent, dicerentque; *Quare nos non potuimus ejicere illud (dæmonium?) quare tam graviter nos objurgasti, ut generationem infidelem? quare vero tu non potius fidem nobis adauges? nonne enim tantum de te meriti sumus, qui omnia propter te non tantum deseruimus, sed tam diu etiam apud te perseveravimus? Tum vero Dominus duo respondit ipsis; prius, non habere Apostolos, quare de dono fidei non concessio conquerantur; donum namque sufficientissimum habere, cum si habeant tantum donum fidei, ut granum sinapis, possint ejus virtute montes in mare transferre, & Sycaminos in mare transplantare; jam ipsos longè amplius accepisse donum; culpam itaque esse causamque in actuali ipsorum infidelitate, dum dono moventi ad patrandum miraculum non actu obediverint, nec modo eo, qui maximè in expellendis dæmoniis necessarius, ut precibus & jejunio Deus urgeatur, usi sint. Ita se excusatum Dominus, discipulos verò se ipsos potius accusare debere, probat. Posterius est, intolerabilem esse superbam illam de meritis propriis opinionem, simulque vanam, quam ne homines quidem in servis suis ferant; nedum ut ipse*

ferat.

30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.
101.
102.
103.
104.
105.
106.
107.
108.
109.
110.
111.
112.
113.
114.
115.
116.
117.
118.
119.
120.
121.
122.
123.
124.
125.
126.
127.
128.
129.
130.
131.
132.
133.
134.
135.
136.
137.
138.
139.
140.
141.
142.
143.
144.
145.
146.
147.
148.
149.
150.
151.
152.
153.
154.
155.
156.
157.
158.
159.
160.
161.
162.
163.
164.
165.
166.
167.
168.
169.
170.
171.
172.
173.
174.
175.
176.
177.
178.
179.
180.
181.
182.
183.
184.
185.
186.
187.
188.
189.
190.
191.
192.
193.
194.
195.
196.
197.
198.
199.
200.
201.
202.
203.
204.
205.
206.
207.
208.
209.
210.
211.
212.
213.
214.
215.
216.
217.
218.
219.
220.
221.
222.
223.
224.
225.
226.
227.
228.
229.
230.
231.
232.
233.
234.
235.
236.
237.
238.
239.
240.
241.
242.
243.
244.
245.
246.
247.
248.
249.
250.
251.
252.
253.
254.
255.
256.
257.
258.
259.
260.
261.
262.
263.
264.
265.
266.
267.
268.
269.
270.
271.
272.
273.
274.
275.
276.
277.
278.
279.
280.
281.
282.
283.
284.
285.
286.
287.
288.
289.
290.
291.
292.
293.
294.
295.
296.
297.
298.
299.
300.
301.
302.
303.
304.
305.
306.
307.
308.
309.
310.
311.
312.
313.
314.
315.
316.
317.
318.
319.
320.
321.
322.
323.
324.
325.
326.
327.
328.
329.
330.
331.
332.
333.
334.
335.
336.
337.
338.
339.
340.
341.
342.
343.
344.
345.
346.
347.
348.
349.
350.
351.
352.
353.
354.
355.
356.
357.
358.
359.
360.
361.
362.
363.
364.
365.
366.
367.
368.
369.
370.
371.
372.
373.
374.
375.
376.
377.
378.
379.
380.
381.
382.
383.
384.
385.
386.
387.
388.
389.
390.
391.
392.
393.
394.
395.
396.
397.
398.
399.
400.
401.
402.
403.
404.
405.
406.
407.
408.
409.
410.
411.
412.
413.
414.
415.
416.
417.
418.
419.
420.
421.
422.
423.
424.
425.
426.
427.
428.
429.
430.
431.
432.
433.
434.
435.
436.
437.
438.
439.
440.
441.
442.
443.
444.
445.
446.
447.
448.
449.
450.
451.
452.
453.
454.
455.
456.
457.
458.
459.
460.
461.
462.
463.
464.
465.
466.
467.
468.
469.
470.
471.
472.
473.
474.
475.
476.
477.
478.
479.
480.
481.
482.
483.
484.
485.
486.
487.
488.
489.
490.
491.
492.
493.
494.
495.
496.
497.
498.
499.
500.
501.
502.
503.
504.
505.
506.
507.
508.
509.
510.
511.
512.
513.
514.
515.
516.
517.
518.
519.
520.
521.
522.
523.
524.
525.
526.
527.
528.
529.
530.
531.
532.
533.
534.
535.
536.
537.
538.
539.
540.
541.
542.
543.
544.
545.
546.
547.
548.
549.
550.
551.
552.
553.
554.
555.
556.
557.
558.
559.
560.
561.
562.
563.
564.
565.
566.
567.
568.
569.
570.
571.
572.
573.
574.
575.
576.
577.
578.
579.
580.
581.
582.
583.
584.
585.
586.
587.
588.
589.
590.
591.
592.
593.
594.
595.
596.
597.
598.
599.
600.
601.
602.
603.
604.
605.
606.
607.
608.
609.
610.
611.
612.
613.
614.
615.
616.
617.
618.
619.
620.
621.
622.
623.
624.
625.
626.
627.
628.
629.
630.
631.
632.
633.
634.
635.
636.
637.
638.
639.
640.
641.
642.
643.
644.
645.
646.
647.
648.
649.
650.
651.
652.
653.
654.
655.
656.
657.
658.
659.
660.
661.
662.
663.
664.
665.
666.
667.
668.
669.
670.
671.
672.
673.
674.
675.
676.
677.
678.
679.
680.
681.
682.
683.
684.
685.
686.
687.
688.
689.
690.
691.
692.
693.
694.
695.
696.
697.
698.
699.
700.
701.
702.
703.
704.
705.
706.
707.
708.
709.
710.
711.
712.
713.
714.
715.
716.
717.
718.
719.
720.
721.
722.
723.
724.
725.
726.
727.
728.
729.
730.
731.
732.
733.
734.
735.
736.
737.
738.
739.
740.
741.
742.
743.
744.
745.
746.
747.
748.
749.
750.
751.
752.
753.
754.
755.
756.
757.
758.
759.
760.
761.
762.
763.
764.
765.
766.
767.
768.
769.
770.
771.
772.
773.
774.
775.
776.
777.
778.
779.
780.
781.
782.
783.
784.
785.
786.
787.
788.
789.
790.
791.
792.
793.
794.
795.
796.
797.
798.
799.
800.
801.
802.
803.
804.
805.
806.
807.
808.
809.
810.
811.
812.
813.
814.
815.
816.
817.
818.
819.
820.
821.
822.
823.
824.
825.
826.
827.
828.
829.
830.
831.
832.
833.
834.
835.
836.
837.
838.
839.
840.
841.
842.
843.
844.
845.
846.
847.
848.
849.
850.
851.
852.
853.
854.
855.
856.
857.
858.
859.
860.
861.
862.
863.
864.
865.
866.
867.
868.
869.
870.
871.
872.
873.
874.
875.
876.
877.
878.
879.
880.
881.
882.
883.
884.
885.
886.
887.
888.
889.
890.
891.
892.
893.
894.
895.
896.
897.
898.
899.
900.
901.
902.
903.
904.
905.
906.
907.
908.
909.
910.
911.
912.
913.
914.
915.
916.
917.
918.
919.
920.
921.
922.
923.
924.
925.
926.
927.
928.
929.
930.
931.
932.
933.
934.
935.
936.
937.
938.
939.
940.
941.
942.
943.
944.
945.
946.
947.
948.
949.
950.
951.
952.
953.
954.
955.
956.
957.
958.
959.
960.
961.
962.
963.
964.
965.
966.
967.
968.
969.
970.
971.
972.
973.
974.
975.
976.
977.
978.
979.
980.
981.
982.
983.
984.
985.
986.
987.
988.
989.
990.
991.
992.
993.
994.
995.
996.
997.
998.
999.
1000.

ferat, qui Deus sit. Hanc coherentiam quisquis admiserit, eum credo non exiguum ad verba nostra facilius meliusq; intelligenda adjuvamentum habiturum esse.

§. 2. Docet itaque Dominus per parabolam, ex humanis sumtam, nullum apud Deum dari hominum meritum strictè sic dictum. Quis verò, inquit ad discipulos, *ex vobis est, servum habens arantem aut pascentem, qui ingresso ex agro dicat statim, accede & discumbe? nonne potius dicit illi; prepara, quod canem, & accinctus ministra mihi, donec comedero & bibero, & postea comedes & bibes tuum gratiam habet servo huic, quod fecit ea, quæ præcepta ipsi erant? Non arbitror.* Hæc parabola Domini est: cui jam concisa subjicitur applicatio, quæ licet ab initio posita, hinc ex Græcis fontibus repetenda est; *Οὐτὰ ἔγχετε, ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διατάχθητα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δούλοι ἀρχαῖοί ἐσμὲν, ὅτι ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.* id est: *Sic & vos, quando feceritis omnia, quæ vobis præcepta, dicite; servi inutilis sumus, quia, quod debebamus facere, fecimus.* Verba sane consideratione diligentiori dignissima! cui dum conatum laboremq; nostrum impendimus; Tu ô Domine Jesu, Doctor, quem agnoscimus, supreme, Spiritu Patris tui æterni sancto, gratiosè in Tui honorem adjuva.

§. 3. Vocabula ante omnia nobis expendenda & explicanda sunt. Ex quibus 1. prima duo, *Οὐτὼ ἔγχετε, Sic etiam*, sine dubio hunc cum præcedenti parabola nexum faciunt, ut applicationem subjiciant; quod jam supra diximus. Non negligendum verò duplex particula *Οὐτὼ, Sic*, officium; Comparativum alterum, alterum connexivum. Officium comparativum hoc est, ut rei priori subjungat, & cum ea conferat alteram, quæ in tertio uno, aut tertiis aliquot, illi similis existat, sive ex pari, sive impari, majori minorive. Ubi non obscurum est, quod Apostoli Domini cum servo arante aut pascente in agro comparentur in eo tertio; mereantur, nec ne, aliquid apud Dominum suum? At officium connexivum hoc est, ut verba quoq; debito connectantur modo. In quo officio notæ comparationis *ἔγχετε, sic*, aliquid fert auxilii particula, *ἔγχετε, &, etiam*. Hoc verò ipso magis adstringit orationem ad Regulas Grammaticas, quibus urgetur, ut in *προτάσει & ἀποδόσει* comparationis, similes modi & tempora obser-

A 2

obser.

Vbi observentur, & casus quoque correspondeant, atque phrasas. Hic aliquid vero difficultatis emergit. Nam quando in nostris circa coherentiam emergit.

verbis dicitur; *ὄρω ὑμῶν λέγετε*, Sic & vos dicite, cum quibus quæso verbis antecedentis parabole connectemus? Si præcessisset; servus ille dicere debet &c. optimè sequeretur; sic & vos dicite, vel dicere deberis. Sed de priori nihil quicquam in textu apparet. Et novum planè membrum facere, textuique inserere, nondum licet, priusquam cætera dispiciamus. Miror, de hoc interpretum deprehendi tantum silentium, quasi aded nihil in eo situm, ut tutò transire liceret. *Piscator* quidem applicationem fecit; sed quomodo ex verbis eliciat, non addit. *Doctrina ipsa*, inquit, per apodosis sive applicationem exempli annectitur, versio. *Summa est: Sicut Pater familias non habet gratiam servo suo, qui ministraverit ipsi, prout iussus fuerit: ita nec Deus gratiam habet hominibus, illi ut tanquam benè de se meritis obstrictum se iudicat, si maxime illi fecerint, quæ ab ipso eis sunt præcepta.* Sed tum dicendum fuisset; *Μὴ χάριτι ἔχει*, &c. *ὄρω ὑμῶν ὁ Θεός*, num gratiam habet, &c: ita & Deus, &c. Atqui textus dicit; *Sic & vos, &c.* Quid ergo?

Jansenius. *Jansenius* harm. cap. 98. eandem istam cum *Piscatore* coherentiam facit, & objectioni satisfacere conatur. Cum, ait; præpositi exempli narratio exigere videbatur, ut Dominus diceret, sic & vobis etiam, cum feceritis omnia, quæ vobis sunt præcepta, Deus nullam habiturus est gratiam, nec honore ob id vos afficiet, sed vos inutiles servos appellabit, non sic quidem dixit, sed, vos, inquit, dicite, servi inutiles sumus, voluit enim Dominus hoc exemplo ad humilitatem informare, & magis hoc agit, ut intelligamus, quid de nobis ipsi sentire debeamus, quàm quales nos reputet Dominus Deus noster. Quasi verò non ex eo, quod Dominus de nobis sentit, majus & efficacius humilitatis exemplum sumere possimus!

Nostra solutio. Nobis videtur omnium optimum, & simplicissimum, si unicum verbum *δουῶν*, arbitror, in debita constructione repetamus, hoc modo: *ὄρω ὑμῶν δουῶντες*, sic & vos arbitrantur seu sentientes, quando feceritis omnia, dicite; *servi inutiles sumus.* Et nexus, ni fallor, commodissimus erit hic; Num gratiam habet (Dominus) servo isti, quod fecit, quæ præcepta ipsi fuerant? & *δουῶν*, non arbitror. Ita vos quoque *δουῶντες* arbitrantur, quando feceritis omnia, quæ præcepta vobis sunt, dicite; *servi inutiles*

viles sumus. q. d. quemadmodum ego sentio, quod Dominus de jure nullam servo suo, quando omnia, quæ ipsi præcepta fuerant, fecit, habeat gratiam: Ita & vos mei discipuli mecum idem sentire debetis; & si hoc mecum senseritis, profectò nullum apud me Patremve meum jactabitis meritum, sed probè vos ipsos, quomodo, quod facere debuistis, feceritis, considerantes, dicitis; servi inutiles sumus. Notandam itaque monemus ellipsin, & verbum *δοκῶντες, arbitantes, sentientes*, ex præcedentis versus finem petendum.

§. 4. Sequitur II. *ὑμῖν, Vos.* Hæc voce comprehendit II. *ὑμῖν* Vos, Apostolos, nemo est, qui dubitat. Et clarum est, quod illi sint, ad quos Dominus locutus est. Locutus vero est ad Apostolos suos, juxta *ῥ. 5. 6.* sed solos Apostolos non intelligit Christus. Neque enim considerat, ut Apostolos, sed ut communes Christianos. Vel, si mavis, agit cum Apostolis ex communi thesi, quæ ad omnes Christianos, imò suo modo, omnes homines pertinet: atque adeo cum Apostolis hos quoque comprehendit. Probatur hoc ex eo, quod *ῥ. 7.* Christus dicit; *τίς ὃ ἐξ ὑμῶν, Quis vero ex vobis habens servum arantem aut pascentem, &c.* Sane apparet ex hoc versu, quod *τὸ ὑμῖν, Vos*, includat eos quoque, qui servos arantes & pascentes habent. Atqui ejusmodi quid de ullo Apostolorum ne quidem præsumi potest. Nec quadrat, si dicamus, Christum loqui hypotheticè seu conditionaliter; Quis est ex vobis, qui si servum haberet arantem aut pascentem, dicturus esset ingredienti, &c? Quanquam enim sensus hic absurdus non foret: putamus tamen extra dubium esse, quod nervus dominici argumenti infirmior reddatur, quàm si argumentum ipsum sumatur ab eo, quod vulgò fieri solet, atque aded in confesso est. Nec discedendum est, à litera, & ex categorica oratione facienda hypothetica; ubi categorica locum obtinere potest. Atqui obtinere potest, modò, quod textus simplicitas vult, cum Apostolis intelligamus alios quoque homines. Excipis: disputatio cepit à fide miraculosa, quæ non cuivis Christiano, nedum cuivis homini contigit. Atqui, inquam primò, non solis tamen Apostolis concessa est. Concessa quin etiam est, antequam hæc cum Apostolis loqueretur Christus, septuaginta discipulis, ita ut dæmonia quoque ejectione sint,

30.

29.

28.

33.

3

2

3

2

2

11. 2. 1.

20.

15.

1

rīnt, Luc. X. v. 17. Deinde, licet Disputatio à fide miraculosa ce-
petit, nihilominus descensum est ad hoc, num meritum aliquod
apud Deum strictè dictum valeat, & fides miraculosa, ex meritis
vel primùm danda, vel data olim, adaugenda sit? quæ disputatio
jam non ad solos, quorum est fides miraculosa, restringenda est,
sed ad quosvis homines extendenda. Eò vero etiam majorem
usum habet hæc Scriptura, quòd latius extenditur; & multis ob-
jectionibus occasio præcluditur. Maneat ergo hinc nobis hoc,
quod verba nostri versus etiam si ad Apostolos Christi immedia-
tè dicta sint, nihilominus ad omnes homines, qui in communi
hīc cum Apostolis considerandi sorte, ut eos Dominus v. 7. quo-
que incluserit, pertineant: atque ad eò omnibus dictum hoc sit,
tanquam universalissima Regula; *Si omnia feceritis, quæ præcepta
vobis sunt, dicite; servi inutiles sumus.* Hoc minus deserimus hoc,
quod si utique solos Apostolos intellexerimus, nihilominus con-
sequentia ad quosvis Christianos, imò homines, valitura sit. Quis
enim non agnoscat, quod si Apostoli nihil mereri potuerint, ne-
mo hominum mereri quicquam possit?

III. *ἄρα*,
quum.
Flacius.

§. 5. Particulam *ἄρα*, III, quæ aliàs, *quum*, *quando*, no-
tat, hoc loco conditionalem esse, & convenire cum, *Si*, non pau-
ci annotant. Flacius in Glossa h. l. *Nemo facit, aut potest facere
omnia, ponitur ergo conditionalis assertivè more scripturæ.* Et mox:
*Cum feceritis, hīc idem valet, ac, etiamsi omnia feceritis: Cūm, pro-
si, ponitur, ut in illo; Cum fueris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.* Nolumus citare plures. *Vul-
gatus* interpres habet; *Cum feceritis omnia.* Cum quo consen-
tiunt *Syrus & Arabs.* Nimirum Græcam particulam ad verbum
reddiderunt. Nobis, utro modo veritatur, nihil videtur referre.
Sensus interim certè conditionalis ita est, ut nihil dicat certò fu-
turum; doceat verò tantum, quid, si fiat, tum faciendum vel di-
cendum potius sit. Hinc existimamus, prorsus ineptum esse
Maldonatum, & quicumque cum illo fecerint Pontificii, quando
ex his verbis concludere vult, posse homines facere omnia, quæ
ipsis præcepta sunt, & plus etiam. Verba Maldonati post alia
hæc quoq; sunt: *Concludit* (Christus:) *sic & vos cum feceritis omnia,
quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus; quod cum dicit,*
indi-

Vulgatus.
Syrus.
Arabs,
nostra sen-
tentia.

Maldona-
tus.

7.
 indicat haud dubiè, posse nos plus facere aliquando, quàm nobis præceptum sit, multò magis asserit, quod si fecerimus, servi utiles erimus. Cum dicit, Dominum dicere, posse nos plus facere aliquando, quàm nobis præceptum sit, multo magis asserit, posse nos omnia facere, quæ nobis præcepta sunt. De re ipsa plura infra dicturi sumus: hîc notamus tantùm, quod nec Logicè ex conditionali locutione aliquid concludatur, cum Logicis conditionalis nil ponat in esse; nec Moraliter & ex regulis prudentiæ quicquam sequatur, quandoquidem terminus tam procul figi potest, quàm res pati potest, ut ostendatur, quantò magis pertineat res ad eum, qui longè est? quando Matth. XVI. v. 26. dixit; *τί ωφιλῆται*, Matth. 16. v. 26. Quid commodi habet homo, si totum mundum lucrifaciat, animam autem suam perdat? Sanè prudentissimè est locutus, dum hoc dicere voluit: Si quis homo lucrifaceret totum mundum, patere- tur autem damnus animæ suæ, nihil illi prodesset: quantò magis illi nihil proderit, qui parum lucrifecit? Licet alioquin moraliter saltem impossibile sit, ut aliquis homo totum mundum lucretur. Sed num Christus hîc ponat, quod possumus; an quod non possumus: infra, ut paulò ante indicavimus, commodius definiri poterit, ubi omnia prius verba exposuerimus.

§. 6. Pergimus itaq; IV. ad *ποιήσατε*, *Feceritis*. Verbum IV. hoc subiectivi modi posset sanè, nil Grammatica impediente, in imperfecto aut plusquam perfecto verti, si faceretis, etiam si fecissetis; Sed non permittit hoc, quod sequitur, Præsens Imperativi *λέγετε*, *dicite*. Itaque ut in perfecto communiter vertitur, si feceritis, vel cum feceritis, ita nos quoque loquimur. Hoc vero insuper observandum, τὸ Facere aliquid, non necessariò notare opus benè, & ut decet, factum: sed notare posse opus ad finem suum perductum, sive benè, sive minus benè factum sit: quin de conatu quoque usurpari potest. Aliàs non potuisset D. Jacobus dicere; *Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, ἀβραάμ, dum obtulit filium suum super altari?* Jacob. II. v. 21. In hoc nostro sanè loco nos accipimus hoc ipsum verbum, abstrahendo à consideratione operum, exactè, an minus exactè factorum, de ipsis operibus, & ut sic dicam, de substantia operis, quantum illam

30.

29.

28.

33.

3

2

7

3

2

2

112/1.

120.

15.

1

& usu h. l. dicitur. illam quis assequi potest. Quantum, inquam, illam assequi potest. Nam hoc omnino includi putamus, quicquid etiam sit, quantumve nostræ diligentia. Alioqui non satisfaceret textui nostro. Quid namque mirum foret, hominem, qui facit negligenter ea, quæ ipsi præcepta sunt, dicere, servus inutilis sum? Aut quis hoc nesciat? Itaque hoc vult Dominus dicere; si feceritis omnia, quantum in vobis est, diligentissimè, seu ex omnibus vestris viribus.

V. πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, omnia quæ præcepta sunt vobis: inquit Dominus. Τὰ διαταχθέντα, ea, quæ præcepta sunt, non disputantur: Consentiunt namque in hoc, quod sint ea, quæ Deus in suis præceptis complexus est. Hoc nomine appellantur versu precedenti ea etiam, quæ servo suo Paterfamilias, tanquam Dominus, imperavit; ut, quod deberet arare, pascere, ministrare ad mensam. Et certum est, quod ad Decalogum omnia præcepta, quæ Deus hominibus dat, referri queant. Interim non puto, Dominum ad decalogum hic præcisè respicere: crediderim, indicari omnia, quæ Deus cuicumque homini imperare potest, vi quidem decalogi, licet in specie nec decalogus, nec alia scriptura contineat: cujusmodi quid erat Apostolorum in universum orbem emissio. Nec refero ad præteritum definitum, ut sic loquar, quasi Dominus velit ea tantum significare, quæ jam tùm præcepta fuerunt: sed pro præterito indefinito h. e. quod respectu cujuscunque temporis præteritum est, maximè respectu ποιήσεως seu peractionis, ut actionem præcesserit mandatum seu præceptum. Resolvere itaque licebit; Ita & vos, si quæcunque etiam res vobis præcepta fuerit, & vos ad præceptum illam feceritis, dicite; servi inutiles sumus. Vel: ita & vos, si feceritis omnia, quæcunque etiam fuerint, quæ vobis fuerint præcepta, dicite; servi inutiles sumus. Nam Christus discipulos suos non tantum de præterito informare voluit; sed de futuris etiam regulam præscribere. Similiter quisvis Christianus hæc Christi verba ita ad se applicare debet, ut non superbiat de præteritis, & benè sentiat de futuris. Jam vero particulam Universalitatis, πάντα, omnia, non uno modo interpretantur: prout de propositione conditionata diversa statuunt.

At
circa πάντα
omnia,
non æquè
consenti-
unt.

Janse-

Jansenium Pontificium hinc libenter producimus, qui non simpliciter de omnibus, quæ præcepta sunt, accipiendam vocem arbitrat; ex eo fundamento, quod nemo hominum omnia facere possit. Quod est, non nihil fateri. Verba ejus sunt; *Quod autem præcipit, ut dicamus nos servos inutiles, cum omnia præcepta adimpleverimus non sic accipiendum, quasi quis sit, qui omnia adimpleverit (in multis enim, inquit Jacobus, offendimus omnes) sed sensus est, etiam si feceritis omnia, tamen agnoscite vos servos inutiles: quo significatur, quam inutiles nos debeamus reputare & nos deprimere, cum adverterimus nos multa nobis præcepta non implevisse. Aut sensus est; Cum in una aliquâ re feceritis omnia, qua vobis sunt præcepta, ut, cum feceritis, quæ præcepta sunt de erogandis facultatibus, aut quæ præcepta sunt de remittendis proximo peccatis, agnoscite tamen vos servos inutiles.* Ita ille. Plus sanè modestiæ in hoc viro, quàm in *Maldonato*, deprehenditur. Nam *Maldonatus* supra non tantùm omnia, quæ præcepta sunt, homines implere posse, sed plus etiam facere, quàm præceptum est, asserere ausus est temerariè. Prior expositio ex iis, quas *Jansenius* habet, cujus sensus est, Etiam si feceritis omnia, dicite tamen vos servos inutiles, eorum quoque erit, qui textum nostrum merè conditionaliter accipiunt. *Nobis* videtur satis commodum, utramque expositionem in unam contrahere. Quod sic exponimus. In parabolæ de servo propositione non dicitur πάντα, omnia, quæ præcepta ipsi fuerunt. Non quod non omnium eadem sit ratio: sed quod Dominus ad antecedentia parabolæ verba respexit, in quibus unum atque alterum præceptum indicatum, ut, quod arare aut pascere, quod cœnam præparare & ad mensam ministrare deberet. Itaq; cum relatione ad ista dicitur *ψ. 9. Num gratiam habet servo huic, quod fecit τὰ διατάχθεντα, ista, quæ præcepta fuerunt ipsi?* Manifestum interim est, ex hoc ipso, quod Dominus rem velit extensam, ad quæcunque alia, quæ Dominus unquam servo suo præcipit. In applicatione itaq; ut hoc magis apparet, quod res ad quæcunq; præcepta pertineat, *Christus* universalitatis notam consilio addere voluit; procul dubio non ignarus, quàm multas & futiles exceptiones alioquin nostra corruptio facere soleat. Quandoquidem itaque hæc ratione se duo ista, τὰ διατάχθεντα, illa, quæ

B

præce-

Jansenius.

Maldonatus.

nostra sententia.

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

120.

15.

11.

præcepta sunt, & πάντα τὰ διατάχθέντα, omnia, quæ præcepta sunt, respiciunt: Certè non dubitarim, πάντα, omnia, non pro universalitatis tantum nota, sed etiam particulam distributivam accipere: ut hic sit sensus; si feceritis omnia, h. e. & hoc, & istud, & illud, & reliqua omnia, quæ præcepta vobis sunt, &c. Hoc porro modo dabitur descensus ad unamquamque rem præceptam, ut dicere possimus; si feceritis quamcunq; rem præceptam, sive hæc fuerit, sive ista, sive illa, sive omnes. Et quidem licebit ad omnia, quæ in re aliqua præcepta continentur, dilatare; non tamen ratione intensiōis, sed ratione extensiōis. Intensiōem namque hoc ipsum nostrum dictum excludit; ut infra patebit. Et in hoc fortè unico dissentit Jansenius; qui procul dubio ex hypothesis Pontificiis hoc statuit, quasi uni, si non omnibus præceptis, exactè ratione quoque intensiōis, satisfacere queamus; in quo vero turpiter decipitur. Extensiōem vero etiam in parabola Christi de servo invenimus. Distincta sunt, quæ ipsi mandata fuerunt: aliud in agro, aliud domi. In agro arare vel pascere; quorum utrumque diversos actus complectitur: domi, ministrare mensæ; ubi duo actus exprimentur, unus præparatio cœnæ, alter, ministerium Domino cœnanti præstitum. Fatemur quidem, quod ipsa particula πάντα, omnia, primò res omnes præceptas dicat; consequenter vero, omnes in una re præceptas actus. Notandum tamen, quod de extensiōe diximus, ad res quoque quascunque pertinere. Neque enim de his etiam intensiō vera est. Videtur, hanc extensiōem, non intensiōem, voluisse etiam

D. Brent. Dn. D. Brentium nostrum, quando adhuc locum scripsit: Ergone homines possunt facere quod debent? nihil minus. Affectus enim carnis inimicitia est, inquit Paulus, adversus Deum: nam Legi Dei non subditur. Siquidem ne potest quidem. Et iterum: Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venditus sub peccatum. Cur ergo dicitur: quod debuimus facere, fecimus? Hoc non de divino, sed humano iudicio sentiendum est. In divino autem iudicio, quia omnes homines sunt peccatores, ideo nullus perfectè facit, quod debet, & quod Lex exigat. In humano autem iudicio faciunt, quod debent, quicumque ducunt honestam & irreprehensibilem vitam, & tamen ne sic quidem de merito gloriandum est. At, inquis, in servo parabolico utique intensiō
ejus-

ejusmodi significatur, quoad ea, quæ ipsi præcepta sunt; ut Dominus nihil, quod desideraret, haberet: alioqui non mirum fuisset, quod Dominus nullam illi gratiam habuit. Ita sanè est, inquam, quod servus in parabolica *πρωτάσει* omnia fecerit intensivè, sed juxta eam perfectionem, quæ hominibus sufficit. Ideo in *ἀποδοσει* intensio quoque non excluditur, nisi quantum ipse contextus excludit. Et intensio ista magis in verbo, *ποιήσητε, feceritis*, quanta quidem hic esse potest, continetur, quam per *πάντα, omnia*, significatur: ut supra indicatum. Nam ad actionem ipsam pertinet ejus perfectio. Vult dicere Dominus; si omnia extensivè accepta, quæcunq; fuerint præcepta, sive etiam hoc sit, sive illud, feceritis in ea intensio, quæ vobis possibilis: sicut servus parabolæ fecit, quæ ipsi præcepta, in intensioe possibili: nisi quod intensio hujus, respectu Domini ipsius, perfectè erat possibilis, vestra vobis respectu Dei, Domini vestri, perfectè possibilis non est. &c.

§. 8. Sequuntur VI. verba, in quibus omnium maximè VI. λέγετε, laboratur: λέγετε, ὅτι δούλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν. Dicitur, servi inutiles sumus. Disputatur enim vehementer; Quisnam sit servus inutilis, ut latinè vertere solent; Græcè meliùs, ἀχρεῖοι? Sed Pontificiis te servi inutiles sumus. Jansenius in h. l. Duplici autem ratione dicere nos possimus servos inutiles. Primum, quia Domino nostro operibus nostris nihil commodamus, nihilq; lucri facimus, secundum illud, si justè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Secundò, quia nihil ultra quam debemus, & præceptum nobis est, facimus. Sic & in rebus humanis servum inutilem vocare solemus, qui ex se nihil facit, sed ea tantum, quæ imperantur, magis scilicet studens, ut non flagelletur à Domino, quam ut illi profit. Atqui ad hanc secundam rationem Dominum respexisse, patet ex eo, quod sequitur, quod debuius facere, fecimus, quod indicat causam, quare nos debeamus reputare servos inutiles: unde Græca habent conjunctionem causalem ὅτι, id est, quia quod debuius facere, fecimus. Id autem sic est intelligendum, fecimus tantum, quod debuius facere, vel, nihil aliud fecimus, quam quod facere debebamus. Alioqui nemo facile est, qui dicere potest, se fecisse, quicquid facere debuit. Proinde aliter hic accipitur, servus

B 2

inu-

30.

29.

28.

33.

3

2

2

2

2

2

2

2

11.2.1.

120.

15.

1

2

39.

4

Maldona-
tus.

*Inutilis, cum jubemur nos vocare servos inutiles, quam cum in qua-
dam parabola dicitur, servum inutilem proicite in tenebras exterio-
res. Ibi enim servus inutilis dicitur, qui Domini præcepta non per-
fecit, nec ei aliquam attulit utilitatem, quam sibi afferri Dominus
noster reputat, cum nos ipsos aut alios lucrificamus, & ex donis ipsius
fructum bonorum operum edimus. Hactenus Jansenius. Maldona-
tus hæc habet. Quid ergo est dicite, servi inutiles sumus, quod debui-
mus facere fecimus? Sunt qui non tam verè, quam humilitatis causa
dictum interpretari videantur, quasi id tantum Christus agat, ut do-
ceat nos non esse animo, cum omnia, qua præcepta nobis sunt, ser-
vaverimus: fecisse enim tantum quod debeamus, quin humiliter de
nobis sentire oportere, existimareque, aut nihil nos fecisse, aut nulla
dignos esse mercede, cum nihil, nisi quod debebamus facere, fecerimus.
In hanc sententiam hoc testimonio sapè utuntur veteres Auctores Ori-
gen. hom. 12. in Joh. Cyprian. l. 5. epist. 6. & lib. 3. ad Qui. c. 51. Chry-
sostom. in sermone de pœnitentia & confessione, Hieron. in epist. ad
Cresiphont. contra Pelagianos, Bernhard. Serm. 4. in Ps. 90. & Epist.
142. Theophylactus in Commentariis, & Cyrillus apud D. Thom. 1.
ut Beda & Lyranus, hoc loco servos etiam cum omnia fecerimus, inuti-
les existimare debere, quia nihil Deo utilitatis attulimus, qui bonorum
nostrorum non indiget. Caterùm non id, opinor, agebatur, ut probaretur
nihil nos utilitatis Deo afferre posse, sed nihil nobis præter constitutum
debito ministerio deberi mercedem. Nam servus quidem ille, qui in
parabola proponitur, aliquid Domino utilitatis attulit. Et si nos nul-
lam Deo utilitatem afferre possumus, non impotentia nostra, qui ali-
quid facimus, sed Dei nulla re indigentis natura fit. Neque conclu-
dit Christus, dicite, servi inutiles sumus, quia nihil Deo utilitatis at-
tulimus, sed quia, quod debuimus facere, fecimus, quod aliud esse du-
bium non est. Aliam etiam idem Beda interpretationem affert, servi
inutiles sumus, quia etsi aliquid mercedis meriti sumus, minus tamen
meruimus, quam nobis dabitur, si labor noster mercesque aqua lance
pensentur, quia non sunt condigna passiones hujus temporis ad futu-
ram gloriam, qua revelabitur in nobis. Neque hic videtur esse sensus.
Nam non propterea Dominus ille servo suo gratiam non habuit: quia
minus quam promissa requirebat merces, sed quia non magis labora-
verat. Et nos non jubemur dicere, cum omnia fecimus, qua nobis præ-*
cepta

cepta sunt, servi inutiles sumus, quia minus meruimus, quam nobis datur, sed quia, quod debuimus facere, fecimus. Quo ergo sensu hoc loco servi inutiles appellantur, ex proposito parabola intelligendum est. Quod enim in parabola est servo illi, nullam a Domino haberi gratiam: hoc procul dubio in parabola conclusione est, servum inutilem esse, cum eadem sententia, aliis tantum verbis, hoc pro illo ponatur. Gratia autem in parabola non significat mercedem ex pacto pro exhibito labore ac ministerio servo promissam debitamque; sed mercedis cumulum atque corollarium, quo servi, qui plus quam debebant, laboraverunt, donari solent, quemadmodum illic explicavimus. Idem ergo est, servos inutiles esse, cum fecerimus omnia, que precepta sunt nobis, non quidem nihil preceptorum observatione meruisse; sed nihil meruisse preter mercedem, qua preceptorum observationi responderet. Vult igitur Christus, non gloriari nos cum precepta servavimus, quia eius mercedem nostram meriti sumus, tamen nihil singulare, nihil egregium & eximium fecimus, nihil, quod non quilibet servus facere debuerit. Nec tam est laudabile, quod id fecerimus, quam vituperabile esset, si non fecissemus. Ita Maldonatus: quæ, plura licet, allegare volumus, quia plerasque sententias alias ipse refutat, Pontificiis alioqui non improbatas; ut prolixiori in refutatione labore nos saltem superledere possimus. Sententias quas adduxit Maldonatus, adfert quoque Bellarminus, & putat omnes non incommo- Bellarminus.
 dus, lib. V. de Justificat. cap. V. cui quid respondeat Dn. D. Gerhardus, videatur. Loc. de B. Op. §. 91. Heinsio Exerc. Sacrar. cap. XV. Heinsius.
 videtur servus ἀχρεῖος, tantum esse humilis, abjectus. Decimo, inquit, & septimo Capite (Lucæ) pretermittendum non est illud, Οὗτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσῃτε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγατε, ἔτι δεῖλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν ὅτι ὀφειλομέν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Quod ita dictum, non quod servus sit ἀχρεῖος, qui ministrat Domino, qui prestat quod mandatur ac iniungitur, qui dat effectum, id quod debet. Nam quod aliud est servi munus, non inutile, ac qualem esse oportet? Est enim ὄργανον, ut sapientes dicunt, πρὸ ὄργάνων, primum instrumentum, neque alii quam huic rei destinatum. Quid igitur? ἀχρεῖος sine dubio, de quo hic agitur, est ἡδύς, humilis, abjectus, ταπεινός. Hac mente ac sententia, quæ à Davide dicitur, καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὄφθαλμοῖς μὲν, Humilius me geram, humilior mihi videbor, ut sic placeam

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

120.

15.

1



Jehova, 2. Reg. 6. 22. Et τὸ λέγετε, Hebraeorum more, κατανοήτε, cogitate. Cum omnia feceritis, estote tamen humiles, nec aliud quam servos vos esse, cogitate. Cavendum igitur, ne Prophetæ illud cum hoc loco confundatur, πᾶρτες ἐξέχλιαν, ἀμα ἠχρεϊώθησαν, quod non precipit hic Dominus, & tota Domini Lex vetat. Non igitur, inutiles, cum interpretibus, sed servi humiles, hoc est, non aliud, quam servi & abjecti quidem sumus. Longè autem aliud in scriptis quoque profanorum τὸ ἀχρεϊός, cum ad vitium refertur. Glossa Stephani, ἀχρεϊός, nequus, spurius, nugator, nequam, nugax. Quod hic locum equidem non magis habet, quam inutilis, quod eruditus placet. Verum igitur quod dixi. Servos sedulos & utiles requirit eâ lege, ut qui placent sibi non admittat: quales non sunt, qui deberi sciunt quicquid præstant, neque tamen præstitisse se, quantum debent. Sed & D. Winkelman-
 nus noster lenius interpretatur; Servi inutiles sumus, id est, qui nullo suo merito & dignitate operum Deum sibi habent obnoxium, & obligatum, cum ipsi potius obstricti sunt semper, ad omnia obsequia omnibus suis viribus præstanda. Et licet omnia mandata ejus fecerint, tamen ex se nihil fecerunt, sed ex eo, quod ab ipso habent & acceperunt.
 Ravanell. Et communior videtur sententia. Itaque Ravanellus Biblioth. Sacr. Voc. Inutilis, hanc quasi regulam constituere ausus est; Interdum inutilis servus appellatur etiam is, qui sedulo curat res Domini sui, omniaque ejus mandata fideliter implet, sed tamen ista sua sedulitate & fidelitate non potest quicquam mereri apud Dominum, cum omnia illa præstare ex officio teneatur. Sic, inutiles servos (Dei) debemus nos agnoscere & prædicare, etiamsi omnia, qua edicta sunt nobis, fecerimus. Luc. 17, 10.

nostra sententia exponitur.

I.

§. 9. Verum enim vero, ut nostram de hoc sententiam exponamus, existimamus I. benè ab Heinsio observatum, non idem Græcum ἀχρεϊός, & Latinum inutilis: quâ voce Latina, si, ut communiter solent, uti placuerit, exponenda est juxta vocem Græcam. Unde sane in fundamento expositionis erratur, si usus: & origo vocis Latinæ respicitur, & quid juxta illam inutile dici possit, circumspicitur. Id quod fit in plerisque expositionibus; ut, quando dicitur, servum inutilem servum esse, qui nullum Domino suo affert commodum; nihil ei dat, sed omnia ab eo accipit, &c. II. Benè etiam hoc observavit Heinsius, quod ἀχρεϊός, etiam

II.

etiam

etiam apud profanos autores, sit nequam, nequus, &c. Ut ad eò
 non privativè tantum accipiendum de eo, qui nullum dat com-
 modum; sed & positivè, qui dat damnum atque molestiam. In
 Scriptura Sacra apertè ita usurpatur. *Omnes declinarunt, omnes*
ἀχρεῖ ὄνησαν, inutiles facti sunt: ut vertere solent Rom. 3. v. 12. ex Rom. 3. 12.
 Psalm. XIV. & LIII. Ubi sanè non tantum defectus aliquis, sed Pf. 14. & 53.
 actus declinantium significatur, quo malum pro bono patrat. In
 Psalmo utroque Hebræo est גללו: quod Chaldaus reddit
 חרשתי *pigri facti sunt.* R. Salomo; *conversi sunt ad perversitatem.*
 Abben Ezra: *corrupti sunt.* D. Kimchius; *abominabiles facti sunt.*
 Clarus est satis locus: sed clarior adhuc est alter, Matth. 25. v. 50. *Matt. 25. 50*
in quo, ut in nostro loco, est Epitheton servi. Et τὸν ἀχρεῖον δούλον,
inutilem servum, non frugi servum, nequam servum, (qui damnum
mibi fecit, dum me usurâ mea defraudavit, & sua pigritia: & ini-
qua exprobratione molestissimus usque ad iram mihi factus est)
ejecit in tenebras exteriores. Negari non potest hic manifestus
 usus: unde ne quidem detorquere aliò audent, sed aliam nostro
 loco significationem habere phrasin asserere malunt. Sicut cir-
 ca locum Rom. 3. v. 12. Heinsius cavendum putavit, ne cum no-
 stro comparetur: quæ admonitio præpostera est. Putat Hein-
 sius, notari voce ἀχρεῖον, eum, qui humilis & abjectus est. Quem
 in fine citat 2. Sam. 6. v. 22. Sed mirum est, quod non observa-
 verit Heinsius, esse ibi, *ἔσομαι ἀχρεῖον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, Ero inu-*
tilis in oculis meis; sed ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου; *in oculis tuis,* sc. ὁ Michal.
 Unde apparet, quod LXX. Interpretes non voluerint exprimere
 sensum Davidis de seipso, qui sensus humilitatis, juxta Hebræum
 textum est; sed sensum Michalis de Davide, qui tanti contemptus
 fuit, ut apertè Michal Davidem inter viros leves numeraverit.
 Dixit enim v. 20. *Quàm Magnificus fuit hodie Rex Israelis, qui reve-*
latus est hodiè in oculis ancillarum servorum suorum, sicut revelando
solet revelari, הריק אחד unus vanorum, h. e. nequam hominum:
 ita namq; nomen הריק in Scriptura usurpari solet. Quare ἀχρεῖος
 in loco Samuelis citato, notat nequam hominem; Et vult David
 dicere ad Michal; Etiam si in oculis tuis videar homo nequam
 esse, quando in honorem Dei mei sic incedo & salto: ego tamen
 propter te & istam tuam calumniam contemptumque rem non
 omit-

30.

29.

28.

33.

3

2

7

3

2

2

11.2.1.

120.

15.

1

- omittam, ubi cultus Dei præstandus mihi est; sed malo in oculis
 tuis superbis nequam videri, quàm coram Deo meo non humiliari. Quare locus iste nihil quicquam juvat Heinſium. Non
 itaque videmus III. quare à certa & nota ſignificatione vocum, *δῶλον ἀχρεῖον*, *ſervus inutilis*, vel *nequam & non frugi* potius, h. e. qui non præſtat quod præſtare debet, diſcedendum ſit? Tentanda ſanè prius ſunt omnia, quàm à nota & certa vocum ſignificatione diſcedendum. Quare nos in iſta ſignificatione permanemus, ſtatuiſmusque, Dominum velle, ut nos dicamus ſervos nequam, ſervos qui non præſtent præſtanda, etiam tùm, quum omnia præſtitimus. Ubi IV. λέγειν, *dicere*, eſt quidem etiam *κατανοεῖν*, *cogitare*, ut Heinſius annotat; non tantùm tamen cogitare; ſed latius accipiendum, ut tùm diſtionem ſeu conſeſſionem oris, tum cogitationem cordis comprehendat. Nam quod hîc in corde ſentitur, ore etiam in Eccleſia Dei conſtendum eſt. Nec eſt nudum dicere ſine re, quod humilitatis vocant: ſed eſt dicere cum re h. e. conſeſſio & agnitio rei, ut ſe reverà habet. Nam hoc quoq; reverà eſt dicere; ſi modo cum veritate conjunctum fuerit. Diximus etiam ſuprà repetendum eſſe ex præc. verbum *δοκῶντες*, *ſentientes*. Id ne durum ſit, notandum, in ipſo verbo λέγετε, *dicite*, latere. Nam eſt h. l. verbum cum ſententia & affectu cordis conjunctum, ut alia in Scriptura eſſe ſolent. q. d. ſic & vos ex eàdem opinione ſeu ſententia animi (nullam ſervo a Domino deberi gratiam) dicite, ſervi inutilis ſumus. Objectio- nes, quas hîc proferunt, nihil efficiunt. Servus, inquit, in parabola præmiſſus, præſtitit, quæ præſtanda ipſi fuerunt. Quid tum? inquam. Atqui Chriſtus non vocat *δῶλον ἀχρεῖον*, ſervum nequam; nec docuit, quod ita vocandus ſit. Peccatur, quando ſervus iſte in relatione ad Dominum ſuum, planè exæquatur nobiſcum in relatione ad Chriſtum & Deum. In hoc eſt convenientia, quod ut ille omnia præſtando nihil meruit, nec à Domino ſuo poſtulare potuit: ita nos nec quicquam mereamur, aut poſtulare queamus. In nobis verò hoc amplius eſt, quòd, dum non omnia præſtamus modo, quò deberemus, ſervi *ἀχρεῖον*, inutilis, non frugi, nequam, juxta rigorem legis divinæ reddimur. Chriſtus, pergunt, de nobis quoq; dicit, aut caſum ſaltem ponit, quò omnia,

Objectio-
 nes ſolvū-
 tur.
 Ad I.
 Reſp.

30.

29.

28.

33.

3

2

3

2

2

11.21.

120.

15.

1

17.

omnia, quæ nobis præcepta sunt, præstitimus: At qui omnia præstitit, quæ ipsi præcepta sunt, non potest servus *ἄχρηστος*, nequam, dici. Verum enim verò, inquam, Christus vult dicere, quid nobis, si omnia præstiterimus, desit, & ut se res nostra habeat, quando videtur habere optimè. q. d. quando feceritis omnia, quæ præcepta vobis sunt; tum vero agnoscentes vestram infirmitatem, in quâ non præstiteritis omnia eo, quo præstare debuissetis, modo, dicite & confitemini; servi nequam sumus, & æternùm damnandi, si Dominus & Deus noster secundum rigorem Legis nobiscum agere velit. Includit verbum, quod Dominus docet, & supponit hypothesin, quam alias Apostoli didicerunt, & hoc ipso loco discere debemus, quod non possumus, implere legem, aut ullum in eâ præceptum opus, in eâ, quam requirit, perfectione. Hac suppositâ hypothesi, promtum est, colligere, quod dicimus, ex parabolica doctrina Christi. Nam si gratia nulla habetur ei servo, qui omnia facit, ut decet: nonne nos homines erimus servi inutiles cum non faciamus, quæ facimus perfectè, cum tamen illa debeamus? Sed Adversarii nostri Pontificii, qui hypothesin nec ex Scriptura agnoscunt, nec discere volunt, quid mirum est, si hîc cæcutiunt? Observandum & hoc est, quod verba hæc non immediatè cum parabola cohæreant, quasi hic, quem aliàs faciunt, nexus sit; Quemadmodum Dominus servo suo nullam habet gratiam; sic Deus nullam nobis: sed servi inutiles sumus, ut ille servus. Nexus, ut supra indicavimus, est cum *δοκῶ*. h. m. Quemadmodum ego statuo, servo nullam habendam à Domino suo gratiam; ita vos statuite, nullam vobis à Deo habendam: & hoc statuentes porro dicite; servi nequam sumus, supponi namque debet, quod non feceritis legitimè.

Ad 2.

Resp.

§. 10. Ratio jam VII. additur; ὅτι ὁ ἀφείλομεν ποιῆσαι, τε- VII. ὅτι ὁ ἀφείλομεν ποιῆσαι, τε-
 ποιήκαμεν, quia quod debebamus facere, fecimus. In quibus verbis ἀφείλομεν ποιῆσαι, τε-
 nihil prorsus difficultatis est; nisi quod ratio concludendi vera ποιήκαμεν,
 non adeò obvia est. Errare sane videntur, qui sic argumentum
 formare conantur; Quicumque fecerunt id tantum, quod facere
 debuerunt, illi sunt servi inutiles. Qui iidem postmodum por-
 rò subsument, Atqui quicumque faciunt omnia, quæ ipsis præ-
 cepta
 mus.

C

cepta

Ratio ^{Concludē-}cepta sunt, faciunt tantum id, quod facere debent. Quibus na-
 scitur hæc Conclusio: Ergo quicumque faciunt omnia, quæ ipsis
 di diligen- præcepta sunt, servi inutiles sunt. Quamquam hanc argumen-
 ter obser- tationem libenter in melius interpretabimur, si concessum fue-
 vanda. rit. Existimamus verò, quod in verbis, *quia quod debebamus facere,*
fecimus, non habeatur immediata ratio conclusionis hujus; Ergo

Argumen- nos sumus servi inutiles: sed consequentiæ. Apparebit, si argu-
 tum Chri- mentum integrum formaverimus: quod hoc erit. Quicumque
 sto submi- servi faciunt quidem omnia, quæ ipsis mandata sunt, sed imper-
 nistratum. fectè, nec eo modo, quo debebant facere, illi sunt servi inutiles,
 seu nequam & non frugi. Nos, Apostoli & quivis Christiani,
 si fecerimus omnia, quæ nobis præcepta sunt, fecimus quidem
 omnia, quæ præcepta sunt, sed imperfectè, & non eo, quo dece-
 bat facere, modo. Ergo nos, Apostoli & quivis Christiani, ser-
 vi inutiles, seu nequam & non frugi sumus. Jam consequen-

Consequen-
 tiæ ratio.

tia ratio hæc est; *quia quod debebamus facere, fecimus*. Quam si
 in argumentum colligere rursus placuerit, ita habebit. Quicum-
 que faciunt, quod facere debent, & ad quod obligati sunt, & ta-
 men non faciunt, ut debent: ii sunt inutiles seu nequam servi.
 Atqui quicumque servi faciunt quidem omnia, quæ ipsis præcep-
 ta sunt, sed imperfectè, nec eo, quo decebat modo: ii faciunt
 id quod facere debent, & ad quod obligati sunt, & tamen non
 faciunt, ut debent. Ergo servi inutiles sunt. Ita ipsum argu-
 mentum optimè stabit, & consequentia ejus patebit satis. Ne-
 que excipere licebit, quod ipsius argumenti medius terminus
 non exprimat hanc rationem. Quis namque nescit, in sermo-
 nibus, in quibus argumenta non ad formam proponuntur, me-
 dium terminum sæpè omiti, quando ex reliquis maximè, facile
 erui potest? Quis nescit, quod tum haud difficulter erui possit,
 si ratio consequentiæ seu causa conclusionis mediata appona-
 tur? cum hac ratione in promptu sit colligere, quid inter ipsam
 conclusionem, & rationem consequentiæ seu causam conclu-
 sionis mediatam interesse debeat. Et ut nostrum ipsum locum
 declarem: si quis conclusionem, quæ esse debet, Ergo nos ser-
 vi inutiles seu nequam aut non frugi sumus, ita consideraverit,
 ut juxta superius dicta debet, hoc est, ut per servum ἀχρηστὸν, sive
 inu-

Exceptio
 solvitur.

inutilem, sive nequam, sive non frugi, intelligatur is, qui in Scri-
 ptura Sacra hoc nomen gerit, qui non facit, quæ facere debe-
 ret; Contulerit deinde rationem subjectam, quia quod facere
 debebamus, fecimus: non tantum deprehendet facile, quod
 hæc ratio non immediata (inconsequens namque est: Quicum-
 que faciunt ea, quæ facere debent, illi sunt servi ἀχρεῖοι, nequam
 & non frugi. Atqui, &c. Ergo. Et ita quidem inconsequens;
 ut vel pueri intelligant) sed mediata sit; Verùm etiam sine ullâ
 difficultate & labore inveniet, quid in medio ponendum sit; ni-
 mirum, quod non fecerit, ut facere debebat, decenti & justo
 modo. Quod cum ita sese habeat, apparet, quod si supra anno-
 tatum à nobis est, Christum supposuisse, quod Apostoli aut qui-
 vis Christiani facerent utique omnia, quæ ipsis præcepta sunt,
 non facerent tamen perfectè & decenti modo; ita tamen, ut
 supponere ipsum hoc, ex contextu absque labore perspicui possit.
 Quare non est, ut quisquam vel Christi sermonem reprehendat,
 vel argumentationem, quam exposuimus, repudiet.

§. 11. Habuimus hactenus vocabulorum expositionem. Secundò,
 Nunc de re, quæ à Christo in his verbis docetur, dispiciendum Res in
 est. In quæstiones digeremus. Quæstio itaque I. est; Quinque
*quam apud Deum mereri possimus homines, etiamsi faceremus omnia, Quæstio-
quæ nobis mandata sunt? II. *An possimus omnia facere perfectè, quæ* nes colli-
nobis mandata sunt, ita ut mandatis divinis satisfaciat? III. *An possi-
mus plus facere, quam nobis mandatum est, atq; aded dentur opera gitur.
supererogationis, quæ Pontificii vocant, & maximi meriti? IV. *An*
per ea, quæ facimus, h. e. per bona opera nostra, horumq; merita, iusti-
ficari aut salvari possimus? V. *Nullumne ergo detur meritum bono-*
rum operum? His quinque Quæstionibus completæmur, quæ
 deinceps dicturi sumus: ex quibus tres Maldonatus prolixius sub
 titulo errorum Calvinianorum tractat; cum quo & disputaturi
 sumus, quia non adversus Calvinianos, ut Calvinianos, ista agit, Et Q. I. est;
 sed contra veritatem Christianam. An quic-
 quæ apud Deum me-
 reri posse-
 mus, si fa-
 ceremus o-
 mnia præ-
 cepta?**

§. 12. Repetimus & assumimus primam Quæstionem, quæ
 hæc est; *An quicquam apud Deum mereri possimus homines, etiamsi*
faceremus omnia, quæ nobis mandata sunt? Terminus meriti in
 nostro textu non invenitur: ided res eruenda est, cui nomen
 C 2

meriti imponamus, ex nostro Evangelista. Res hęc est; factum seu opus alteri alicui factum, quo hic ex æquitate & iusticia obligatur ad aliquid in vicem dandum ex proportione Arithmetica, h. e. ut in facto & in eo, quod in vicem datur sit æquale existimationis pretium. Non curamus hęc, quas alias Pontificii constituunt, meriti condiciones. Manemus in nostro Evangelista, juxta quem non invenimus aliquod pactum, sed res consideratur in se, proat ex sua dignitate obligare juxta æquitatis regulas potest, vel non potest. Neq; pactum apud Deum intervenire debet, qui per justitiam suam summam nihil detrectat, quod æquitas ipsa postulat. Evangelista noster propterea *ψ. 9* id, quod in vicem datur, non vocat *μισθόν*, mercedem, sed *τὸ χάρις ἔχειν*, gratiam habere; quod sanè nullum pactum includit. Discrimenque agnoscendum est inter mercedem dare, & *χάρις ἔχειν*, gratiam alicui habere. Gratiam habemus, & habere debemus ei, cum quo nullum prorsus pactum inivimus, pro eo quod nobis fecit, sive ad commodum nobis præstandum, sive ad implendam nostram voluntatem: at mercedem debemus ei, cum quo pepigimus. Merces propriè sic dicta supponit meritum, aut includit potius; nec ab eo distinguitur, nisi quod pactum supervenit, quo definitur quantitas meriti certa, ad dirimendam in humanis maximè omnem controversiam. Habemus itaque quid meritum sit. Unde apparet, quod ei è regione sit oppositum debitum: siquidem neminem obligare potest, sed si præstatur, eum qui debet, ab obligatione exolvit & liberat. Jam ad decisionem quæstionis dicimus; Nos homines quicquam apud Deum mereri non posse. Quod cum dicimus, simul hoc dicimus, quod nulla nobis à Deo merces propriè dicta, h. e. quæ meritum includit, debeatur. Ratio in nostro textu jam manifesta est: quia, si omnia fecerimus, fecimus tamen, quod debebamus. Adèd clarum hoc in textu est, ut negari nequeat. Unde argumentum: Nullum debitum habet meritum: vi oppositionis; opposita namque non possunt esse simul in eodem. Atqui si omnia fecerimus, quæ nobis præcepta sunt, facimus tantum, quod debemus, seu, facimus debitum. Ergo nihil eorum, quæ facimus, si fecerimus omnia, quæ nobis præcepta sunt, habet meriti-

Ad quam,
Exposito,
Quid me-
ritum,

& quid de-
bitum,

Resp. ne-
gando.
&
Probatur.

30.

29.

28.

33.

2

2

11.21.

120.

15.

1

21.

meritum. Atque hoc etiam est, quod servi dicimur; qui omnia debent facere, quæ faciunt: ut parabola Christi docet. *Maldonatus* in h. l. facit hoc quidem errorem, sed fatetur tamen, quod majorem probabilitatem habeat. *Tertius*, inquit, error est, qui majore videtur, ex hujus parabola conclusionem, probabilitate colligi: nullam nobis deberi mercedem, etiamsi præcepta omnia ad perfectum observaverimus. Fatetur vero etiam, quod locus noster omnibus auctoribus magnum facessat negotium. Videamus quid respondeat. Primum autem docere vult, ex nostro loco non colligi, quod hæretici colligunt. Quo titulo nobis injuriam facit. Primum, inquit, in parabola non dicitur; numquid mercedem dabit illi? Sed numquid gratiam habebit servo illi? Gratia, qua minus, quam merces videtur esse, multò plus, quam merces est, nempe corollarium mercedis, quod propter gnaviter à servo navatam operam supra pactum conventum superadditur: qua idem gratia, non merces, appellatur, quia non ex pacto & jure, sed ex Domini liberalitate, moralique ut vulgò dicitur, honestate debetur: debetur tamen. Nam quero, an Dominus ille, qui in parabola proponitur, servo, qui in agro primum toto laboraverat die, dum cananti sibi noctu ministravit, nullam pro labore mercedem solvit? Quis neget? negat Calvinus, sed aliter probare non potuit, quam fingens, servum illum mancipium fuisse, pecuniâ emptum, non mercede conductum. Quod ille figmentum ne conjectura quidem ulla probare potest, & nos ex perpetua Scriptura consuetudine, servos mercenarios appellantis, & ex verbis ipsis hujus loci refutamus. Cum enim dicit: numquid gratiam habebit servo illi? indicat de eo se loqui servo, cui Dominus gratiam habere solet: non solet autem mancipio, sed mercenario gratiam habere: præsertim, si, ut ego quidem puto, $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma\ \grave{\alpha}\chi\epsilon\iota\upsilon$, gratiam habere, hoc in loco est præter constitutam mercedem aliquid dare. Nam etsi gratiam habere tam Gracè, quam Latine ad solum animum referri solet, sicut gratiam referre, & Gracè, $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\alpha\phi\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\upsilon$, aut $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\delta\omicron\upsilon\alpha\iota$, ad remunerationem: tamen arbitror, hoc loco esse rapinosin, quâ uti vulgò solemus, plus quam dicimus insinuantem. Hoc si feceris, gratiam habebis, indicans dico, me non habiturum modo, sed etiam relaturum gratiam. Cum ergo Christus in parabola non significet, Dominum illum, de quo loquebatur, mercedem servo suo non soluturum: sed non

Qui hic o-
perose in
contrariu
disputat.

C 3

habi.

habiturum gratiam, hoc est, nihil præter mercedem daturum esse: nec, cum dicit in conclusione, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, significat nullam nos propter præceptorum observationem mercedem habituros: sed nihil habituros præter mercedem eam, quæ observantibus præcepta constituta atq; promissa est. Ita Maldonatus

- Resp. 1. disputat. Ô quàm ineptè! Verum 1. fatemur, Christum non dicere, numquid mercedem dabit servo illi? Sed, numquid gratiam habebit servo illi? Sed 2. de hâc phrasi Maldonatus frustra nobis obrudit figmentum suum, gratiam esse corollarium mercedis, quod propter gnaviter navatam operam superadditur. Figmentum hominis esse, ipse negare non potest, cum dicit; Præsertim si, ut ego quidem puto, χάρις ἔχειν, gratiam habere, est præter mercedem constitutam aliquid dare. Diffiteri homo nequit, quod aliud tum apud Latinos, tum apud Græcos phrasis denotet: nec ullum novæ significationis sive ex Scriptura, sive aliunde profert exemplum. Confugere insuper 3. cogitur ad ineptam tapinosin; quâ plus insinuetur hoc loco, quàm dicatur. Figuram Oratorum non repudiamus: Sed 4. nil minus, quàm ista figura, verbis Christi congruit. Nam Christus de jure loquitur, in quo nulla locum habet tapinosis. Μὴ χάρις ἔχει, Num gratiam habet servo illi? id est, num juris est, num obligatus Dominus, ut gratiam habeat servo illi? Quid enim attinet hîc de liberalitate Domini disputare? Et 5. Maldonatus in suo figmento sibi contradicit. Dicit enim gratiam appellari, quia non ex pacto, & ex jure, sed ex Domini liberalitate, moralique honestate debeatur: debeatur tamen. At quomodo debetur tamen, si ex liberalitate est? Aut num moralis honestas debitum verum introducit? Ut Maldonatus dicere queat; debetur tamen. Licet movere posse, concedamus, 6. in Scriptura vero habere alicui gratiam, est id, quod summi juris est; non liberalitatis aut moralis honestatis. I. Timoth. I. v. 12. χάρις ἔχω, gratiam habeo ei, qui confortat me, Jesu Christo Domino nostro. II. Timoth. II. v. 3. χάρις ἔχω, gratiam habeo Deo, quem colo. Quid? num gratiam habere pro tantis beneficiis, non est juris, sed liberalitatis nostræ, moralisque honestatis? Pudebit dicere. Quomodo ergo dici poterit, χάρις in hac phrasi nihil juris dicere? 7. χάρις, gratia, hic

hic opponitur debito, quod ex præcepto nascitur: ita ut non debeatur illi, qui ex præcepto aliquid agit. Atqui illi, qui ex præcepto agit, ne merces quidem debetur. Unde qui gratiam habere non cogitur; nec mercedem, nec mercedis corollarium dare cogitur. Itaque §. *χάρις ἐχέειν*, gratiam habere, est referre aliquid gratiæ, quantumcumque sit, quod merito respondeat, saltem verbis. Quod Christus omne negat ex jure deberi servo facienti, quæ facere debet; ut ne gratiarum quidem actionem mereatur. 9. Audacissimus est Jesuita, quando dicit, ex perpetua Scripturæ consuetudine servos appellari mercenarios. Protulisset verò homo ullum locum, si habuit. Certè cum nullum attulit, prodit, nullum habuisse. Et quis tam peregrinus in Scriptura est, qui nesciat, servos in ea esse mancipia, ubi de familia sermo est? Et 10. hoc nostro loco Christus nos homines servos quoque Dei facit. Ubi vero dicimur Dei mercenarii? Novit 11. Maldonatus veteres reperiri autores, qui servum pro mancipio in nostro loco acceperint, & nos Deo omnia debere facti sint, nominatque Chrysostrum & Ambrosium. Elabi non poterit, si huc applicare voluerit Maldonatus, distinctione, quam de operibus supererogationis habet. Alia nos Deo debere, quia nobis data sunt; alia, quia præcepta. Nam quæstio nostra de iis ipsis loquitur, quæ nobis præcepta sunt. Jam vero Jansenius in hoc loco non melius se extricat, quàm Maldonatus, quando rem aliâ viâ tentat. Primum dicit, *Dominum non dicere observatores mandatorum suorum servos inutiles, sed potius servos fideles, bonos, utiles: sed velle, ut nos ipsos pro ejusmodi reputemus.* Mox tamen addit; *Et quanquam tales etiam verè sumus, &c.* Quid ergo, inquam, prodest ista distinctio? si tales revera sumus, non refert, sive Dominus nos sic vocet, sive nos ipsi. Deinde pergit; *Ipse tamen cum optimus sit, hujusmodi servis inutilibus pro mercenarius utitur, & servitutem nostram mercede rependit, ac debitum obsequium, tanquam egregium facinus suscipit, & præmium tribuit, quod labores etiam excedit: quemadmodum frequenter humani quidam Domini servis suis cum nihil debeant, tamen pro diligenti & fidei ministerio præmia quedam deputant, donantes eos libertate & facultatibus insuper, quos servos dicimus meruisse, quæ à Dominis suis*

Responde-
tur &
ad Iansenii
Exceptio-
nes.
Et ad 1.
quidem
Resp.
ad 2.

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

120.

15.

1

Resp. *consequuntur.* Atqui, inquam, istud ad nostrum locum non pertinet, si maximè verum esset. Nam Christus hic loqui vult de eo, quid nobis, ut servis, propter servitium debeatur, vel non debeatur: non quid tanquam mercenariis, aut ex liberalitate Domini. Insuper locus hic negat quoque respectum mercenarii. Nonne enim Christus cum suis loquitur Discipulis, quos, si ullos alios, non ut servos, sed ut mercenarios respicere debuisset, suamque illis liberalitatem promittere? Ut de hoc non dicam, quod Deus servitum, quàm ipsi addicti sumus, non possit remittere, ut homines hominibus remittere possunt. Tertio dicit, *Christum non loqui de omnibus Deo servientibus, sed de iis tantum, qui inviti faciunt, quod faciunt, necessitate precepti, non ex*

ad 3. Resp. *Charitate.* Atqui, inquam, Christus locutus est de Apostolis suis: ergone hi non habuerunt eam Charitatem quam Pontificii habent? Absurdum. Charitatem sanè habuerunt: sed imperfectam, ut infra patebit; quàm majorem ne sanctissimi quidem Pontificiorum habent, quicquid sibi etiam imaginentur. Sed nondum subsistere potest incertitudo Jansenii, ideò Quarto

ad 4. Resp. *Quod Dei benignitate facti simus etiam filii Dei, ac divina effecti consortes natura.* Benè, inquam; hoc tandem nostrum est solatium: sed ut filii nihil mereri possumus. Et nonne Apostoli etiam filii erant? nullum tamen Christus illis quoque concedit meritum.

Item ad Bellarmini & Bedæ aliorumq; sententias. Solvitur hinc etiam prima Bellarmini expositio, quod per gratiam Dei utiles efficiamur, qui per naturam simus inutiles. Nam & gratiam Apostoli habuerunt. Bedæ sententia, quàm dicitur, nihil nos Deo utilitatis adferre, ab ipso Maldonato refutatur. Et sanè Christus non dicit, quia nihil utilitatis Deo attulimus; Sed, *quia quod debuimus facere, fecimus.* Ut eos refutemus, qui putant, humilitatis tantum gratia hæc dicenda, non quod verè sic se habeant, operæ pretium non est. Clarè namque Christus dicere jubet; *quia quod debuimus facere, fecimus.* Meritò itaque etiam Maldonatus hanc sententiam deserit, & Jansenius supra falsus est, quod reverà etiam servi simus inutiles; & *magis quam mancipia*, ut postea addidit.

§. 13. *Quaestio II. est; An possimus facere omnia, quae nobis mandata sunt, perfectè, ita ut mandatis divinis satisfiat?* In qua *Quaest. II.*
Quaestione nos Negativam tenemus: quam etiam ex iis, quae supra ad h. l. disputavimus, constare posse existimamus. Nam An possi-
 vult Dominus, ut de nobis ipsis statuamus, nos servos *ἀρχαίους*, *m^o satisfacere omni-*
 non frugi esse, qui, quod facere debent, non faciunt, aut non eo *bus præce-*
 saltem faciunt modo, quo facere debent. Sanè si faceremus, *ptis?*
 aut facere possemus omnia perfectè, ejusmodi servi nunquam *Negatur.*
 essemus, nisi malitiosè non faceremus, quod facere possemus.
 Quandoquidem de hoc, qui sunt servi *ἀρχαίους*, non frugi, supra *Probatur.*
 prolixius egimus, plura hìc pro expositione non addimus. Ar-
 gumentum autem pro nostra imperfectione ex titulo clarum
 est. Quicumque reverà sunt servi *ἀρχαίους*, non frugi, saltem non
 perfectè faciunt ea, quae ipsis mandata sunt, & quae facere de-
 bent. Christiani quivis, quocunque tempore, etiamque Apo-
 stoli Christi, sunt servi *ἀρχαίους*, non frugi. Ergo. Major nititur
 definitione servi *ἀρχαίους*, non frugi. Minor supra confecta est,
 dictumque, quod cum Apostolis loquatur Dominus, atque adeò
 cum omnibus Christianis, imò suo modo cum omnibus homi-
 nibus. Nec excipere licebit, quod Christus loquatur de eo, *Ad*
 quid faciant; non autem de eo, quod facere possint. Nonne *Except. 1.*
 enim dicit? *Si omnia feceritis, quae praecepta vobis sunt.* Condi- *Resp.*
 tionem seu casum ponit: sive fiat, sive non fiat; sive fieri possit,
 sive non possit fieri. Sed ponamus, Christum loqui de eo, quod
 fit. Loquetur ergo de eo, quod quocunque etiam tempore fit;
 atque adeo comprehendet omnia tempora, & quod fit ab omni-
 bus hominibus, nullo excepto h. e. ut nullus homo ullo tem-
 pore plus faciat. Quod nobis sufficere potest; nam si utique
 absolute loquendo aliquis plus posset, tamen nullus unquam fa-
 ceret. Servus, inquis, in parabola fecit omnia, quae ipsi prae-
 cepta fuerunt; ergo & nos facere possumus omnia, quae nobis
 praecepta sunt. Atqui, inquam, manifesta est diveritas styli.
 Nam de servo parabolae non dicitur hypotheticè; num gratiam
 habet servo illi, si fecerit omnia, quae praecepta ipsi sunt? Sed
 assertivè; *Num gratiam habet servo illi, quod fecit omnia, quae prae-*
cepta ipsi sunt? Verum ad discipulos Christus non loquitur assertive,
 sed

D

sed

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

120.

15.

1.

sed hypotheticè; *si feceritis omnia, quæ mandata fuerint vobis, &c.*
De Servo quoq; parabola, quod amplius est, non dicitur; Annon
servus ἀρχεῖς; non frugi est, postquam fecit, quæ ipsi præcepta
sunt? Sed, *num gratiam habet servo illi, quod fecit, quæ præcepta sunt
illi?* Vide, quæ supra etiam ad hanc objectionem diximus.

ad 3.
Resp.

ergo, inquis, non benè habet parabola & applicatio: nam res pa-
rabolæ, & res applicationis in suo tertio convenire debent. Re-
spondemus, consequentiam negando: nihilo minus enim para-
bola & ejus applicatio optimè concordat. Nam de servo para-
bola dicitur, quod per omnia, quæ facit, non possit quicquam
mereri, & ne quidem aliquam gratiarum actionem. In quo se
Apostoli in applicatione exæquant, dicentes; *quia quod debuimus
facere, fecimus.* Sed potè, quia se servo parabolæ impares in-
veniunt in hoc, quod ille Domino suo, homini, in corporali ser-
vitio satisfacere potuit; cum ipsi in Spirituali servitio Domino
suo, Deo, satisfacere nequeant: rectè se faciunt servos ἀρχεῖς; nō
frugi, nec in hoc subsistunt, quod nihil, & ne gratiarum quidem
actionem meruerint. Ad rationem itaque respondemus, omni-
nō rem parabolæ, & rem applicationis in aliquo tertio conve-
nire debere; non tamen necessariò aut semper æqualiter, sed
sæpè inæqualiter: alias non daretur comparatio patium & im-
parium. Convenientiam autem hinc esse jam ostendimus, sed in-
æqualitatis.

ut & ad ejus
Rationem.

Quæst. III.
An possi-
mus plus
facere, &c?
Negatur.

Probat.

§. 14. Quæstionem III. quod jam attinet; *An possimus plus
facere, quam nobis mandatum est; atque adeò dentur opera, quæ Pon-
tificii vocant, supererogationis & maximi meriti?* Haud difficulter
eam conficiemus. Negandam enim esse quæstionem, ex di-
ctis ad quæstionem præcedentem constat. Ratio quoque in
promptu est. Nam cum non possimus perfectè implere atque
facere omnia, imò ne unum quidem opus ex omnibus, quæ no-
bis præcepta sunt, quomodo poterimus plus facere? Absurdum
sanè foret, priori posito aut concessio, posterius hoc affirmare.
Quare opera supererogationis quoque non dabuntur ulla. Sed
& si utiq; facere possemus omnia, quæ nobis præcepta sunt, non
tamen sequeretur, quod amplius quid facere possimus: contra
potius dicendum, quod cum omnia debeamus, nihil possimus
face-

facere ultra id, quod nobis mandatum est; cum quod debemus. etiam nobis mandatum sit. Et servus quoque parabolæ non fecit plus, quàm quod ipsi mandatum fuit. Hic vero tumultuatur Maldonatus. *Incredibilis, inquit, cecitas, non videntium, ex hoc loco id (quod plus facere non possumus) colligi non posse, contrarium verò.* Ad Maldonati Exceptiones respōdetur. Ad Exc. 1. Resp. (1.) Sed audiamus paulisper disputacionem hominis. *Ubi queso, inquit, aut dicit, aut indicat Christus, nihil nos plus facere posse, quam debeamus? Quia servus ille non fecit?* Per hoc, inquam (1.) Christus id ipsum dicit, quod facit nos servos ἀγγελλος, non frugi, etiam quando omnia fecerimus, propterea nimirum, quia ne quidem quicquam eorum, quæ nobis præcepta sunt, perfectè facere possumus. Indicat (2.) eo, quod, quæcunque nobis mandata sunt, sunt debita: & ex eo fundamento negatur meritum, quia debemus. Ergo nihil facere possumus etiam ultra quod debemus, cum debeamus Deo omnia. Sed & (3.) quia servus ille profectò non fecit. At si non fecit, inquit, facere profectò potuit. Profectò, inquam, ne potuit quidem. Quod & Scopus Christi docet. Vult namque Christus docere, quod Apostoli nihil possint petere ex merito: quod omnia debeant. Finge tu, quod plus possint facere, quàm debeant, sicut servus parabolæ potuerit plus facere, quàm debuerit: quid tum Dominus concludet? Nonne promta erit Apostolorum exceptio? sicut servus ille plus potuisset facere, si voluisset: Ita nos reverà plus fecimus; quia deseruimus omnia, & te secuti sumus. Sed proba tu potius, Maldonate, quod servus parabolæ plus potuerit facere, quam fecit. Nam, inquis, si non potuisset, non utique dixisset (Dominus) Dominum illi gratiam non habuisse, quia nihil fecisset, nisi quod facere debebat, indicans gratiam illi, si plus fecisset, habiturum; quod non indicasset, nisi plus facere potuisset. Misera, inquam, probatio. Nam (1.) hoc minus Dominus servo debuit habere gratiam, quò minus ille plus, quàm debuit, facere potuit. Quo namque servus remotior erat ab obstringendo ad gratiam habendam Dominum, hoc remotior mansit Dominus ab obligatione. (2.) Utique rectè indicavit Dominus, quod, si servus quicquam fecisset, quod non debuisset, habiturus fuisset gratiam Dominus ejus. Nam justitiam Domini erga servum docere voluit; non propterea, non habe-

30.

29.

28.

33.

2

2

1121.

120.

15.

11.

habere gratiam servo, quod jus atque iustitiam non curet, sed quod per jus & iustitiam non obligetur. Etiam si itaque servus plus facere non potuit, quam quod debuit: habuit nihilominus Dominus, quod indicaret. Pergit Maldonatus; *Non concludit Christus, sic vos non potestis facere plus, quam praeceptum est, quod concludendum erat, si quod boni isti interpretes Scripturarum volunt dicere voluisset: sed concludit: sic & vos cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus; quod dum dicit, indicat haud dubie posse nos plus facere aliquando, quam nobis praeceptum sit; quod si fecerimus, servi inutiles non sumus.* Atqui, inquam; Dominus concludit, quod voluit; nihil servum mereri potuisse, & ne quidem, ut gratia ipsi haberetur. Sic nobis fatendum esse, quod servi non frugi sumus, nec facere possimus, quod debuimus, perfecte. Quomodo ergo plus facere poterimus? Quod etiam Dominus de servo parabola dixit, nullam illi habendam gratiam, pro iis, quae fecit, etsi universale non sit expressa universalitatis nota; Universale tamen est per consequentiam ab uno die ad reliquos omnes. Nam toto die aravit, aut gregem pavit: sub vesperam domum reversus in noctem usque Domino ministrare debuit: nec ullam tamen meruit gratiam habendam. Quis non videat reliquos dies huic similes? sic nunquam quicquam merebitur, nec tempus, quo mereatur, habebit. *Objiciunt, pergit, rationem; nos, quantiquanti sumus, Dei esse, sicut mancipium Domini sui est, quicquid est, nihil ergo facere posse, quod Deo, etiam si nullum praeceptum esset, non aliis nominibus debeamus, propterea servum, ut supra diximus, non mercenarium, sed mancipium interpretantur. Et quidem veteres reperiuntur auctores, qui hoc idem dicere videantur.* Bene, inquam, haec omnia. Verum hoc est, quod objectio habet: & gratum est, quod veteres Interpretes idem habent; de quibus frustra opinatur Maldonatus, quasi alio sensu. *Distinctio, quae rem conatur conficere, non conficit eam pro Maldonato. Ea haec est. Alia, inquit, Deo debemus, quia ab eo nobis data; alia, quia praecepta. Falsum, inquam, sed omnia Deo debemus, & quia ab eo nobis data, & quia nobis praecepta. Quid namque vult, quod Dominus dicit, ab initio decalogi? Ego sum Dominus Deus tuus; non habebis Deos alienos coram me.* Nonne obligat hic per praeceptum suum Deus

Ad 3.

Resp.

ut &
ad illa, quae
ad Ratio-
nem no-
stram ob-
jicit.

per Distin-
ctionem.

Deus homines, quia Deus eorum est: hoc est; quia dedit illis omnia? In Deo namq; vivimus, movemur & sumus. Nec enim, ait, tam severè voluit Deus agere nobiscum, ut quicquid illi iure debeamus, exigeret: si spectes, quid ab eo acceperimus, omnia illi debemus, quia nihil non accepimus. Benè est, quod Maldonatus fatetur, jure nos Deo debere omnia, quia omnia accepimus: Ergo non alia debemus, sed omnia, quæ ab illo accepimus. Quæ quando exigit, non severè agit ultra justitiam, sed juxta justitiam. Si spectemus, pergit, quid nobis præceperit, non debemus omnia: multa infirmitati nostra concessit, decem tantum præcepta dedit. Sed, inquam, hæc decem præcepta sunt summa omnium præceptorum & præcipiendorum. Deinde, si aliquid infirmitati concessit, concessit, quod infirmitas facere nō potuit. Ergo non poterimus plus facere, quam nobis præceptum est. Tandem falsum est, quod nobis non præceperit omnia, & ex præcepto nō debeamus omnia. Qui namque præcepit, ut ex tota anima, ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus ipsum diligamus, quomodo non exigit præcepto suo omnia? quomodo non debemus illi omnia ex præcepto? Potuit, inquit, jure suo à nobis exigere, ut omnes virginitatem servaremus; potuit, ut omnia, quæ haberemus, distribuere in pauperes, nam & hæc omnia ipse nobis dederat, & poterat reposcere jure suo, sed noluit, quia ipse cognovit signum nostrum, ut sæpè solet Chrysostomus dicere. Atqui primò hoc etiam verum est, quod nos supra diximus, quod cognoverit, nos facere non posse per nostram infirmitatem. Deinde falsum est, quod ista nobis non præceperit: licet in certis casibus fieri tantum velit: interim præcepit, ut in istos casus semper obligati & parati simus. Tertio extra istos casus nos non obligavit ad factum, sed tantum ad animi promittendum: quia aliud fieri à nobis noluit. Voluit dominia rerum distincta esse: quæ non esse possent, si omnes, qui bona habent, in pauperes distribuere cogerentur. Voluit genus humanum propagari; quod fieri non posset, si virginitatem omnes servarent. Cadit ergo Maldonati conclusio, quam subjicit; Cum facimus aliquid boni, quod præceptum nobis non est, plus facimus, quam præcepti jure debemus. Quod de Mancipiis subjicit Jesuita, quod mediocre studium requirant Domini, reliquum ipsis permittant: nihil ad

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

120.

15.

11.

rem nostram facit. Si quis namque Dominus istud facit, libertatis aliquid concedit, quæ in humanis inter servos & filios media esse potest: quod in divinis fieri nunquam potest. Omnes namque homines à Deo aut ut servi, aut ut filii tractantur: nec tertium datur. Et licet servis præmia dare possit, quæ non merentur: non potest tamen per justiciam suam servis remittere, quod debent, nisi ex servis filii fiant. Excipit Maldonatus quoque ad præceptum de diligendo Deo ex toto corde, tum quod generale præceptum sit, accommodatè ad specialia exponendum: tum quod velit, vitam potius effundi, quam ullum præceptum Dei violari. Sed hoc posterius est Pontificiorum crambe sæpius recocta, & insipida. Nullam namque hoc præceptum comparisonem facit, sed vult totum cor, animamque & omnes vires. Prius absurdum audacis hominis. Specialia namque præcepta ex generali ratione formæ maximè exponenda sunt. Nam generale illud exhaurit omnia, & sufficeret, si reliqua non essent. Rom. 13. Quia per reliqua ad certam tantum materiam & objecta applicatur.

Quæst. IV.

An per bona opera justificari & salvari possimus? Negatur, & probatur.

§. 15. Quæstionem IV. *An per ea, quæ facimus, h. e. per bona opera nostra, horumque merita justificari aut salvari possimus?* non prolixè tractabimus. Argumentum ex nostro loco pro Negativa urgemus. Quicumque, quum fecerint omnia, quæ præcepta ipsis sunt, sunt servi ἀχρεῖοι, non frugi, non possunt per ea, quæ faciunt, justificari. Atqui omnes etiam Christiani &c. Ergò. Minor in textu est, ut supra prolixius deductum. Consequentia Majoris inde constat, quod qui servi non frugi sunt. Deo placere non possunt, sed sunt, nisi liberatio detur, conjiciendi in tenebras exteriores Matth. 25. Et Pontificii ipsi fatentur, quod per bona opera imperfecta justificari nequeamus. Jam vero servorum non frugi opera ad minimum imperfecta sunt. Porro: Quicumque mereri nihil possunt, non possunt per sua opera justificari. Est Pontificiorum ipsorum sententia: qui propterea justificationem per bona opera, quam secundam vocant, meritis bonorum operum assignant. Jam etiam Christiani suis operibus nihil mereri possunt: quod supra ex nostro textu ostendimus. Et fundamentum est in verbis; quia quod debebamus facere, fecimus. Opera nimirum jam prius debita mereri nihil possunt. Item: Qui ne gratiarum quidem actionem, minus augmentum fidei mereri potest:

test: minimè omnium justificationem meretur, quæ quid amplius est. Atqui etiam Christiani ne quidem gratiarum actionem merentur. Ergò.

§. 16. Superest Quæstio V. Nullumne detur meritum operum bonorum? Ad quam quæstionem distinctè respondendum est. Si de eo merito, quo de nostro locus accipiendus, quodque meritum strictè dictum appellamus & verum, sermo sit, & quæstio de illo sumatur; responsio in promptu est, nullum planè dari bonorum operum meritum; & coincidet res cum eo, quod quæstione prima quæsitum. Verum si hoc quæritur, quod nos quidem per quæstionem intendimus, annon detur aliquod meritum bonorum operum, quocunque modo, latiusque, minus strictè & improprè appellari possit? Respondemus affirmando. Habent namque opera juxta legem perfectè præstita suam remunerationem; juxta illud; Fac hoc, & vives. Luc. X. Quam Paulus vocat *μισθὸν καὶ τὸ ὄφελιμα*, Mercedem secundum debitum. Habent etiam bona Christianorū opera sua in Scriptura sacra promissa præmia, quæ ad illa consequuntur. Et hæc nunquam negarunt nostrates sive libri Symbolici sive Theologi. Appellari autem possunt merita; non quod suo valore atq; dignitate bona opera ejusmodi præmia ex æquent, aut Deum ad ea danda obligent; sed quia aliquæ, licet generaliore, respectū ad bona opera habent præmia, sicut merita aliquem, sed specialem, ad eadem opera habent respectum. Dantur nimirum ejusmodi præmia, non nisi operibus, & ad modum operum, ut excellunt numero & præstantiæ pondere. *Apologia Aug. Conf.* in lib. Concord. pag. 237. *Fatemur & hoc, quod etsi justificatio & vita æterna ad fidem pertinent, tamen bona opera mereantur alia præmia corporalia, spiritualia, & gradus præmiorum, juxta illud: unusquisque accipiet mercedem juxta suum laborem. Nam justitia Evangelii, quæ versatur circa promissionem gratiæ, gratis accipit justificationem & vivificationem. Sed impletio legis, quæ sequitur fidem, versatur circa legem, in qua non gratis, sed pro nostris operibus offertur & debetur merces.* Quibus *Apologiæ* verbis finimus. Gloria sit Deo Patri per Jesum Christum Dominum nostrum, qui nos servos licet non frugi, nec quicquam verè merentes, ex sua justificat gratia, salvatque, præmiisque liberalitatis suæ ditat, Amen. Pet-

Quæst. V.
Nullumne
detur me-
ritum ope-
rum bono-
rum?
Distingui-
tur.

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

20.

15.

1.

Pereximio Dn. Respondenti meo,
Amico dilecto.

Non decet ingenuos Christi jactare fideles
Quicquam unquam meriti: debita non faciunt.
Promerere nihil: sed debent omnia pridem.

Num meritum urgent, qui promerere nihil?
Ergò qui debes, nec quod debes, facis omne;
Heu! sum non frugi, dicito, servus ego.

gratulab. f.
Exercitii

Præses.

Ad

Pereximium atque Doctissimum Dominum
Respondentem.

DE nostris meritis satis docemur,
Quod non justificent, nec altioris
Cœli lætitiâ parare possint,
Nil nostris meritis boni meremur,
Quivis servus inutilis vocatur
Coram justitiæ throno: Sed atque
De nostris meritis simul docemur,
Quod nos lætificent, & æviterna
Laudis gaudia comparare possint,
Quin nostris meritis bonum meremur,
Nec quivis quoque inutilis vocatur
In terris; Pietas enim probatur
Ex nostris meritis, probata tandem
Spem certam facit altioris aulæ.
In Te cum pietasque caritasque
Mufarumque labor quiescat ardens,

Quis

33.
Quis quaeso meritis tuis amorem,
Quis quaeso meritis tuis favorem,
Vel laudem meritis tuis negabit?
Es cultor probitatis, immo signa
In vulgus pietatis ampla prodis,
Hinc nec servus inutilis vocandus.
Sic virtus tua, sic tuusque candor
Nos sperare jubent & aestimare!

*Benevoli affectus contestandi gratiã
apposuit*

J. B. G.

Hoc licet haud falsum, quòd cælum, quodq; salutem
Aeternam ~~facis~~ non mereare tuis;
At opere, in thesibus quod suscipis hisce tuendis,
Laudes aternas (crede) merere Tibi.

Hisce Dn. Respondenti, Conterraneo ac
amico suo ex paucis dilecto gratula-
bundus adesse voluit, debuit

Johannes Fridericus Hartmann,
S S. Theol. Stud.

UT miles fortis subiens certamina multa,
Ensis mortiferi varios non effugit ictus,
Sed magis ac magis adversa parti impiger armis
Atque animo occurrit, sperans dare funera ferro.
Sic Tu, qui Cathedram conscendis, consere pugnam
Sanguine sed vacuam, laus tunc Te magna sequetur.
Tu modò sic pergas, summus tua capta secundet,
Hac precor, hac roveo, rata det mea vota JEHOVA.

Ita gratulabundus exoptat
Conradus Spölin, L L. Stud.

ER

30.

29.

28.

33.

2

2

11.2.1.

20.

15.


1.

ESt certè ad solidam eruditionem
 Nunquam non iter asperum paratum;
 Nam non absque labore diligente,
 Et sudore paratur artis usus:
 Sicut nec sine maximo periclo,
 Nec nobis datur ire ad astra celsa
 Virtutum, sine plurimis vepretis,
 Quæ tentant variè nocere eunti.
 Sed, sit quamvis iter paratum amarum,
 Cunctis, ad solidam eruditionem,
 Quamvis mille modi periculorum,
 Sint obstacula, sint vepreta multa,
 Quæ tentent varie nocere eunti,
 Non curans tamen hanc viam est secutus,
 Res examine qui sacras acuto
 Pensat, Thejologi petitque munus,
 SpöLIN, dum satis hætenus labore
 Cinctus, magna vepreta, falsitatum,
 Errorum pariter bonâ arte sprevit,
 Et tandem penetravit ad peralti,
 Doctrinæ & solidæ eruditionis,
 Montis culmina, laude singulari.
 Merces magna Tibi manet reposita,
 Merces digna Tuo satis labore,
 Dilectissime Fautor, ac Amice!


*Ita Cognato & Amico dilecto applaudere
 voluit, ut debuit*

Joh. Georg. Spölin, Heilbr.
 Philosoph. Stud.


F I N I S.





3.



3.







⚔ (41) ⚔

is dici, & hac distinctione conciliatio inter
nitium & Gerhardum institui possit, aliis
relinquitur.

*Quomodo
Theologi
concilian-
di?*

ergo sanitas corporalis finis, saltim pri-
tionis hujus haberi nequeat; ulterius pro-
curatius inquirendum est, quid tandem
feri possit. Et Judæos quidem si ad ea
primo in genere, has LL. in commodum
tas esse, fidemque facere, gentem suam
ad vitam futuram esse electam. Ita R. Be-
L. f. 132. col. 1. med. ex veteribus: למר

*Sententia
Judæorum*

*In genere ex
R. Bechai.*

הדבר רומה לרופא שהלך לבקר שני
בו סכנה אמר להן תנו לו כל מה שמכ
נכנס לשני אמר להן תנו לו מאכל פלו
לו מאכל פלוני / לוימים זה שהתיר לו חמ
מרת / וזה שהתיר לו מקצת ואסר לו מ
אמרו לו מה זאת אמר להן זה שראיתי בו
התירי לו זה ומנעתי ממנו זה / וזה שר
מיתה התירי לו את הכר / כך התיר
שקצים ורמשים וכל העכרות לפי שהם
אבל ישראל שהם לחיים אמר להם א
זה i.e. *Res similis est Medico, visi-*
os, quorum alter vita periculo erat exposi-
estis dicebat: Date ipsi, quicquid volue-
Ingressus autem ad alterum, dicebat dome-
si hunc vel illum cibum, neque detis ipsi hunc
netenus expressum). Postea ille, cui omnes
t, mortuus est; Ille autem, cui quosdam con-
am negaverat, convaleuit. Interrogarunt

ergo

3

40